



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Compendivm Summæ Card. Toleti**

**Minucius, Genesius**

**Sammieli, 1613**

De aliis excomm. Papæ reseruatis in decretalib. c. 35.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-41701**

nem moritur, nec satellites, qui superiorum licentia clericum capiunt, & in vincula trudunt. Quādo vero clericus, vel religiosus se ipsum ex ira, & odio percutit, incurrit, si verò se offerat percutienti, spontē, non ipse, sed percutiens est excommunicatus.

*De aliis excommunicationibus  
Papæ reservatis ex Decreta-  
libus. Cap. 35.*

**P**rima in eos lata est, que vltra annum à Papæ delegato excommunicati, permaneserunt in excommunicatione.\* Secunda. In falsarios, & habentes apud se literas falsas.\* Tertia. Contra communicantem spontē, & scienter in diuinis cum excōmunicato à Papa per sententiā.\* Quartā. Contra incendiarios excommunicatos & denuntiatos.\* Quintā. Contra raptores rerum Eccle-

harum, monasteriorum, hospita-  
lium, & effractores ferarum, por-  
tarum, murorum, ac locorū pio-  
rum eorundem. \* Sexta contra e-  
ligentes, & electos si consenserint,  
in senatorem urbis Romæ vel re-  
gimen alicuius gubernationis Im-  
peratores, Reges, Duces, Marchio-  
nes, Barones, & Comites, aut eorū  
filios; & nepotes, nec ullus ad præ-  
dicta officia in eadem urbe eligi  
potest ultra annum sine licentia  
Pontificis, per litteras expressas.

\* Septima. Contra imponentes Ta-  
lias clericis, de quibus supra in  
Bulla Cœnæ. D. \* Octaua. In eos  
qui hostiliter inseguuntur Cardi-  
nales, de qua etiam supra. \* Nona.  
Contra mandantes, & persequen-  
tes illos, qui iustum excommuni-  
cationis sententiam promulga-  
runt: aut eandem obseruant.